Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

7 uerus homo in passione orat. ut transeat ab eo hora. Itaq;
seruilis timor ducit ad sapientiam. mundialis se ducit
a sapientia. initialis est initiata sapientia. filialis est plena
7 perfecta sapientia. De fure agrorum. Martha.

Ab omni diuini timoris respectu longe erat quidam cultor
immo fur agrorum. quippe solitus erat exarare diuisiones
agrorum 7 alienos suis adicere. Fecit hoc compluribus. quod si uel uni eum
fecisse graue fuisset. Nimirum enim si in uno membro totum corpus
uiolo nonne 7 in uno homine communio totius humanitatis
soluitur. Itaq; dum cederet. accessisse se de dampno aliorum non attendit.
quod inutilis est aliis se utile esse non posse. non attendit quia quod non le-
gitime acquirit. quasi uentus quidam ita extraneis diripientibus
dissipatur. Iste salutationis angelice uerba didicerat. 7 ea ru-
minare solitus erat. preter quod hoc ingerere 7 frequenter inculcare
matri gratie soleret. aliis quibuscumq; modis poterat ad eius se opem
7 intercessionem contulerat. Hic agens in extremis. uidit coram se 7
bonos 7 malos spiritus. 7 mali quidem spiritus de pluribus peccatis conscientiam
illius siue ipsius iudicem reuincebant. Quod enim seuerius iudicium quam
domesticum. quo unusquisq; sui reus est sed ipse arguit. Boni uero spiritus
cum aliud proferendum non haberent salutationem illam quam studiose
didicisset. quam sedule quam deuote protulisset dicebant. 7 hoc solo
immundos spiritus non solum in desperationem optinendi eum miserunt
sed 7 penitus fugauerunt. Sed ecce exempli inducta quod furem hunc
ad medium adduxi. quero si aliquando possit furtum bonum esse. F

Quod furantur regnum dei qui rapiunt qui emunt qui compellunt ad illud. Maria.

Furari regnum dei bonum est. Sicut alii furantur regnum dei
alii compellunt intrare in regnum dei. Furantur regnum dei qui
contegunt in abscondito suo ihesum christum. quorum sinistra nescit